

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1482

Autre(s) référence(s) : Fauroux 37 / ARTEM 2675

Auteur(s) : Hugues, fils de Tuoldus [particulier]

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Ouen (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [996-1026]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II et son frère Robert archevêque de Rouen confirment et souscrivent la charte par laquelle Hugues fils de Tuoldus donne à Saint-Ouen une pêcherie entre Tourville-la-Rivière et Oissel.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 570 (1).

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 37, p. 141-142.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 142. Richard II, duc de Normandie, 996-1026.

Texte établi d'après a

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUÆ TRINITATIS. Cum omnis creatura, secundum suam naturam, suo videatur obtemperare factori, illa maxime oportet, propter quam ceteræ sunt, exceptis angelis, facte, non refragari, sed jugiter et servire timendo et inherere amando. Igitur ipse, suæ dilectionis experimentum in sui sermonis ponit observantia, sed meritum quantitate premii exprimit nulla, quandoquidem, ut cetera pretermittam, se illuc pollicetur venturum et veridica promissione mansionem facturum. Quod, si quis tante promissionis efficitiam non studet ex toto promereri, quod est impura rerum omnium abjectione et insuper sui non ob hoc ab ea desperare precipitur, sed, ad eam suspirare saltem, in aliquo ut in miserorum compassione, et, suo, circa sui indigentes, beneficio, hoc enim ipsa veritas non dedignata fuit patefacere, quando ait, loquens de multimodo animarum edificamine : « Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula ». Hac ergo sententia animati, ego Hugo, Tuoldi filius, et Oda, uxor carissima mihi, tradimus quandam piscariam inter Tor villam et Oscellum sitam, habitatoribus coenobi Rotomagi statuti in honore Sancti Petri apostolorum principis et Sancti Audoeni, precipui Christi confessoris, ut eam habeant possidendam in perpetuum pro nostrarum redemptione animarum. Verum, ne aliquis injustus istud donum repellere possit, vel audeat, dominus noster, comes videlicet Ricardus, cum fratre suo, scilicet archipresule Rotberto, itidem pro suæ animæ redemptione, confirmat et post eum alii sui regni principes, in ipso, qui presenti subnotati sunt, scripto.

S. Ricardi comitis. S. Rodberti archiepiscopi. S. Hugonis qui hanc dedit